Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 46.

Hoffmann autem in Lex. Univ. T. 2. p. 789. filium naturalem Alberti III. Archid. Austriæ, nomine Leopoldum, Viennæ Mathesin docuisse, et ibidem primum hujus scientiæ Professorem circa an. 1384. asserit. Adeat, qui possit, Scriptores de Acad. Viennensi, geor. Eder, Car. Musartum, et Jos. Zeichenaw.

Cod. XXIX.

J. 3. 5.

Chartac. Fol. min. Sec. 16.

Gregorii Hageni vel Matthæi Cujusdam Chronicon Austriæ.

Ex Bibliotheca Schwandneri

Ex Bibliotheca Clariss. D. J. G. Schwandneri austriaci Stadelkirchensis ao 1777. comparatus, cujus cura titulus hic deficiens ex Mss. Bibliotheca Gothana ao 1757. mutuatus est, et opus ita inscriptum: "Die "Hochlöblichen Landts Fürsten und Erzherzogthum "Österreich Anfang und Herkomen; Der Herren und "Landts Fürsten Regierung bis auf Herzog Wilhelm "und Herzog Albrechten, ist beschrieben durch den "Erbarn Gregorio Hagen im Jahr 1406."

Ifte igitur Codex continet Chronicon Austriæ inceptum a primis hujus soli incolis, et usque ad an. reparatæ salutis 1398. perductum, vel a Matthæo quodam (: ut Gundelfingius scribit :) vel a mox memorato Gregorio Hageno, quemadmodum cl. J. Chr. Salom. Cyprianus contendit in Catalogo Mss. Bibliothecæ gothanæ a se typis evulgato. Sed quoniam in hoc

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 47.

aliis ejusdem Chronici austriaci exemplaribus Teutonicis /: quorum duo in Biblioth. cæs. vind., bina itidem in Zunolacensi et Rothensi cœnobiis, unum in canonia Tirnsteinensi, et alterum in monast. PP. Dominicanorum Vieñensium videre licet:/ auctoris nomen ubique desideratur; non præsumo hanc historiam potius Gregorio Hageno, quam Matthæo cuidam adjudicare. Schwanderus quidem opus istud potius illi, quam huic adscribit, et idem judicium imponit cl. P. Hieronymo Pezio, ita de eo in censura, fronti codicis nostri præfixa, disserens: "Illud ipsum /: Scil. Chronicon:/ cl. P. Hieron. Pezius Benedictinus "Melicens. ex Ms. codice chartaceo Præposituræ Canonicorum Reg. S. August. Tirnsteinensis in Austria, ao "1721. primus in lucem publicam protraxit, et collectioni "suæ Script. rer. austriac. T. I. p. 1052. Sequenti sub "titulo inseruit: Matthæi cujusdam, vel potius Gregorii "Hageni germanicum Austriæ chronicon a condito mundo "usque ad añ. Christi 1298. perductum". At cl. Hier. Pezius nullibi utitur vocula potius, sed pag. 1043 præfatum Ms. ita inchoat: "Matthæi cujusdam, vel Gregorii Hageni" &c. et pag. 1052. eodem modo subjungit: "Jam tandem Matthæi vel Gregorii Hageni nostri" &c. Imo pagg. 1045. et 1046. ita scribit: "Eruditorum judicio, utri potius, "Matthæone scilicet cuidam, an Gregorio Hageno hoc opus "adscribendum sit, permittere, quam temere de eo quidquam pronunciare, maluimus."

Corrigendus hic etiam est Typographus, qui hocce chronicon editionis Pezianæ usque ad añ. Christi 1298 perductum esse, impressit, integro sæculo omisso, ut ista ad ejus editionis calcem verba /: columna 1158.:/ produnt: "Darnach huben "an zu herschen hie in dem Lande, Herzog Wilhalm und "Herzog Albrecht, Vettern. Nach Christi Geburt drewzehen hundert in dem acht und Newczigisten Jare &c. Ipse quoque prælaudatus Pezius ait de Codice a se edito: "Incipit is ab orbe condito, finitque in año Christi millesimo trecentesimo nonagesimo octavo", et opinatur illum exaratum post medium sæculum Christi decimum quartum, et quidem ab auctore quodam, qui vel civis Vieñensis, vel certe in hac urbe comoratus fuit. Codex vero noster, de quo cl. Schwandnerus ait: "Quamvis cæteroquin ad recentius, sæculi nimirum XVI. initium referendus videatur, sed pretio suo nequaquam careat, cum plurimis Pezianæ editionis aut dubiis aut vitiosis locis restituendis emendandisve haud parum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 48.

"conferre posset," ut epitome ea majori Chronico trans-
"cripta esse dicitur. Id enim titulus ipse insinuat
"his verbis:" "Hie ist das Bůchlin der Cronicken Des
"edlen Lannds zů Osterreich, wie klain das sey, das das
"Ist Mennig in des Lannds Schrein, darin sein darselb,
"und all sein Marschalben, Ruhe zů die Zeit gehaissen füe-
"ren, ains sein Zil Zeit allen ynnsigen ist. Und sein
"rainis Nammen des Lannds, so Ost-reich gehabt het.
"Und sein offnung des Lannds vergessen worden sind, und
"von wan das Fürsten Ursprung geboren sind. auch wer sy
"und zu welchen gesiunt haben. Und das die all beyna-
"hen sind." Das ist also auszuziehen aus der gros-
"sen Cronicken, so man allen Zeitlichist ynnsin mag."
Eundem, prae titulum pro se fert Chronicon, de quo Sam-
becius lib. 2. comment. Bibl. Cos. cap. 6. pag. 444. et seq.
agit, et compilatorem nostrum vixisse ait "sub Archi-
duce Austriae Alberto III. cognomine cum Trica, uti ap-
"paret ex amplissimo elogio, quod claudit narrationem mor-
"tis ipsius, quae in an. Chr. 1395. incidit, quo loco etiam
"hoc notabile est, quod memorat, se de ejusdem principis
"obitu et sepultura etiam latinam scripsisse epistolam."
Dubitatur autem, et merito, an vel Matthaeus quidam
vel Gregorius Hagenus, historiam istam ex magno, ut
in profatione operis asseritur, Austriae Chronico excer-
pserit; an non potius ipsum hoc chronicon, ad fidem insul-
sis suis narrationibus facienda finxerit, cum nullus
omnium scriptorum, qui longe ante hunc vel illum
res austriacas litteris mandarunt, praedicti chronici
magni meminerit. Dignus est, qui legatur Hier. Dez.
us loco cit. pag. 1048. Coterum epitomator noster
Cuspiniano: in prooemio ad Duces Austriae: est nugator
nugacissimus et simul perditissimus. Aneae Sylvio in
Historia Frider. III. Imper. quam typis edidit Kolla-
us in Analect. Monum. Vindob. T. 2. columna 13. homo,
in quo malignitatis aut stultitiae plus inveniat, non
facile judices. ek.
Primo post titulum folio exhibentur nomina antiqua
austriae: "Volgen die alten Namen des Lands Oster-
reich, Findtpiegta" ek. Sequenti incipit ipsum Chronicon:
"Es waren gesessen im Land über Mosa, das da sprecht
Tetra amirationis" ek. Finitur his: "und Chumb
also chomen gen Osterreich. Dann Hungerung
man gar Erberlichen, also das Lillie cost, mit Hailig
Chumb, und andern Gnaden, und auch Hannakchin
Got geb Gnad.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27396

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:
http://www.handschriftencensus.de/9626